

- rum vestium tempore quo inciderent, domino seu domine eius ¹⁾ dare ¹⁾. ¶ Et dare domino seu domine ipsarum rerum vel aliquius ipsarum, tunc quando incident ipsas vel aliquam ipsarum, mensuram ipsarum vestium in presenti de latitudine et
5 longitudine ipsarum; et redundare pannos in presentia dominorum vel dominarum ipsorum. ¶ Item non petere aliquod filum ab aliqua persona pro aliquo laborerio fiendo, etiam pena viginti sold. par. ¶ Item recipere et habere pro incisura et cusatura simplicis tunice hominis de panno coloris tres frx.
10 ¶ Item pro tunica(m) foldrata cum pelle vel alia re sex sold. par. ¶ Item pro simplici epitogio hominis tres frx., et si fuerit foldratus cum pelle vel alia re, sex sold. par. ¶ Item pro mantello hominis cotis sive tabaris duos gross., si fuerit vero duplum sex sold. ¶ Item pro fustagno hominis duos frx. ¶ Item
15 pro pari caligarum hominis unum sold. ¶ Item pro tunica mulieris cum frixatura et doplonis sex sold. [et] abinde superius, secundum quod fuerit cusita. ¶ Item pro varnaçono mulieris cum pelle frixatura et aliis furnimentis, decem sold. et abinde superius, secundum quod fuerit laborerium. ¶ Item pro cla-
20 mide mulieris tres sold., et si fuerit fodrata septem sold. ¶ Item pro berchamo et poltremulo mulieris inficato, quatuor sold. ¶ Item pro duploide mulieris, si fuerit cum duabus cusaturis vigin- // ti sold., et si fuerit cum tribus viginti octo 84 B sold. et non accipere ultra quam supra dictum est, sub pena
25 decem sold. pro quolibet laborerio [et] pena restituendi domino totum superfluum. ¶ Item si aliqua questio erit coram dominio Tergesti de aliquo laborerio facto per sartores predictos, quod sit in libertate illius dominii, vel iudicum, coram quo dicta questio esset, de fatiando satisfieri dictis sartoribus
30 pro dicto laborerio, non obstante presenti statuto, secundum quod sibi videbitur congruum et rationabile.

¹⁾ Aggiunta marginale.